





Sala V.T.
Gab. 20
Est. 3
Tab. 3
N.º 15

V.T.
20
8
15

HISPANIA
DAMIANI A GOES,
EQVITIS LVKITANI.

2

IOVANNI
Escaletar Rugerus Rofcius Anno
M. D. XLII.

CLARISSI
 MO EQVITI ERVDITIO.

NE ET HVMANITATE INSIGNI
 D. DAMIANO A GOES PE,
 TRVS NANNIVS S.
 P. D.

LIBELLVM Tuum amplissime Da
 mianè, eo animo accepi, ut si mihi ingens
 thesaurus oblatu fuisset, nec alacrior, nec hila
 rior esse potuiffem. Sunt mihi a te alia præcla
 ra munera, sed nequaquam pari honore æsti
 manda, cum illa tantum modo precij magni
 tudine, dignitatem habeant, iste de ingenij tui
 præstantia uenerationem meretur. Admira
 bilis ibi ordo, singulaq; res in suas classes di
 stributæ sunt, quam rationem scribendi maxi
 me uidetur Suetonius' adamasse. Habent in
 tuo libro singula suam peculiarem stationem,
 hæc Regnorum uires, illic Episcoporum & Sa
 traparum opes describuntur. Habent suum ca
 talogum Sancti Hispani, habent uiri eruditi,
 Duces quoq; bello clari in sua a te legitima a
 ctie cõstituti sunt. Habet merces sua fora, quas
 Hispania uel accipit, uel donat. Deniq; antipo
 dum munera, quæ duplici ratione Hispanorum
 sunt,

sunt, uel quod ipsi hunc orbem inuenerunt, uel
 quod soli inde omnia deportant, in suas apo
 thecas a te digeruntur. Quid multa? nihil omi
 tis quod ad laudem Hispaniæ pertinet. Quam
 obrem quæ olim de Hispania legebam, potius
 admiratione quam fide prosequerbar, nunc tua
 autoritate efficit, ut me non amplius admiran
 tem solum, sed & credentem habeant. Non mi
 hi tam figmentum uidetur auro tagum turbi
 dum fluere, equas ex sauoisio subuentaneum
 foetum concipere, meritoq; mihi fecisse uidetur
 Vespasianus, quod uniuersæ Hispaniæ ius la
 tuj donarit, rectumq; etiam iudicium Plinij exi
 stimo, qui Hispaniam censuit proximam esse
 Italiæ laudibus. Enumeratur enim a te innu
 merabiles opum frugumq; thesauri, ut Plu
 tus & Ceres non alibi quam in Hispania, aut
 certe peculiariter sedes habere uideantur. Ob
 strepit hic quædam uerba nouitia, sed fastidio
 fo lectori, æquo enim estimatori non uenia, sed
 laude dignus habebens, quod res nouas uetu
 state incognitas nouis uocabulis, ut intelligi
 possint, explicueris. In apologia acrior es, sed
 stimulis de amore patriæ profectis. amabit tu
 um pectus quisquis pietatem amat, & patriæ
 studium inter uirtutes adnumerat. Librum igitur
 tantæ utilitatis, quem tu aut Vulkano tradi

aut amicis tantummodo communicari iube-
bas, prelo subiecti. Nefas enim putavi id intra
paucorum manus contineri, quod tanto usui
publice esse posset. Quod si singularū provin-
ciarum eodem modo vires & opes descriptæ ef-
sent, magnum profecto instrumentum habe-
rent docti, ad historias condendas, quum ner-
ui bellorum pecunie sint, earumque inopia, uel
copia multiplices causas & cladum & victo-
riarum adferat. Fieri non potest ut quis recte
in historia uerfetur, nisi utriusque partis opes &
copias cognitæ habeat, et lectori exponat. qua
in re utinam aliquot Latini scriptores diligen-
tiores essent, eaque in parte Thueydidem imita-
rentur. Tantum igitur mihi in rebus tuis,
te inconsulto permisi, nec offensam timui ex
hac mea audacia, qui quiduis in Nannio
tuo & ferre, & probare soles. Nec ut inuis-
quior sis, ius habes exposulandi,
si quod meum esse uoluisti, utar
pro meo arbitrio. Bene
uale amplius, & eru-
ditius. Damiane.

Louanij.

DAMIANVS A GOES E-
ques Lusitanus, Petro Nannio Lati-
no apud Louanium Professori,
dignissimo, amicoque non
uulgari, S. D.

CVM spenunero rerum Hispanicarum
mentio inter nos amantissime Nanni in-
cidisset, multis argumētis cognoui te nondum
hædem satiatum, ampliozem earum noticiam
e scriptis nostris expectare. Quamobrẽ opta-
tis tuis parētes, hæc tali lege tibi cu-
dere uoluimus, ut si ariserint, le-
gas, amicisque tuis huiusmodi
rerum noticiam cupien-
tibus communes,
si minus Vulca-
no tradas.

Vale.

HISPANIAE CVIVS NOMINA, VARI

VARIIS NOMINIBVS AMPL

antur, hęc sequens est amplitudo,
potentia, ubertasque.

DE. Eius situ, latitudine, longitudine, atque poli elevatione, cum id latius inter cosmographos cõstet, nihil hic dicituri sumus, ea autem, quę rariora sunt, explicabimus.

Nec etiam id tacituri, quod antiqui scriptores testatum olim reliquerunt, eam adhuc auri, argenti, cupri, stanni, plumbi, ferri, omniumque metallorum fodinis abundare, necnon argenti uini, sale quoque uberrimam esse.

De frugibus non est, quod multum disceptetur, cum omnino ferax uini, olei, mellis, lactis, frumenti, fructuumque omnium sit.

Quod si aliquando te Diuo Iacobo Compostellano uotis peregrinationis obstrinxeris, uelim diligenter eorum uinorum quę ab odore, colore, sapore commendantur, delectum habear, quo non tantum meis scriptis, sed palato tuo credas.

Primum, quod nobilius habetur, Sancti Martini dicitur. Secundum, quod huic cedere

dece dedignatur, apricum, quod caparicũ uulgo dicitur. Cætera istis nominibus insigniuntur.

Riba Dauia.	Escalona.
Oluares.	Ietas.
Græcum.	Pinto.
Machabçum.	Val de more.
Malmaticum.	Casa ruiuos.
Inuentum.	Tor de Laguna.
Muscatum.	Moniedro.
Blancqueta.	Arruta.
Madrigal.	Labrugeira.
Azoia.	Sexial.
Guadalecanar.	Aius.
Caçalla.	Santorcaz.
Simanquas.	Toro.
Alanis.	Cantela piedra.
Yepes.	Cantalpino.
Ocanna.	Pedra defrema.
Madril.	Mejiamfrio.
Luque.	Pozo amaricque
Tintode arenas	Ebora.

Reliquimus barbara nomina sine ulla inflexione, ut melius agnosci possent.

Abundat etiam ouibus, bobus, equis, generosisissimis, piscibusque diuersorum generum. Ferarum

DAMIANI.

Ferarum quoque & aurum mira copia,

Sunt quoque in Hispania diuersis in locis ca-
lidi & frigidi fontes ad diuersos morbos effica-
ciam mirabilem habentes.

ANTIQUAE HISPANIAE

Nobilitas, & familiarum stemmata.

Pimenteli	a	Romana Pi- mentariorum familia
Castri	a	Castronijs.
Fonsecas	a	Fonteis.
Sylueiras	a	Syluisi
Syluas	a	
Serueiras	a	Seruilijs.
Barros	a	Varronibus
Plancos	a	Plancijs.
Padillas	a	Petilijs.
Merlos	a	Milij.
Coroneles	a	Cornelij.
Cortefios	a	Cortefijs.
Agilas	ab	Aquilij.
Deças	a	Decij.
Tauricas	a	Tauricij.
Nictos	a	Nepontibus.
Colcones	a	Colconij.
		Falcio

HISPANIA.

Falciros	a	Valerij.
Cotas	a	Cotij.
Gallos	a	Gallij.
Cassios	a	Cassij.
Caluos	a	Caluij.
Pachecos	a	Patricij.
Paçanhas	a	Patricij.

Omnes hæ familie ab antiqua nobilitate Ro-
mana originem obtinent. Sunt & alij complu-
res, de quibus id ipsum coniecturis iudicare
possimus. Cæterum non nisi confessa allegare
hæbit.

A Septentrionalibus nationibus, ut a Go-
this, Alanis, & alijs nationibus, quæ Hispa-
niam occuparunt, hæ sunt, quarum cognomi-
nunt, nobis tantum perspectam etymologiam
hæc adijcere volumus, cæterorum vero, quorū
nec certa aliqua ratio, nec coniecturis id a se
qui potuimus, Germanici sermonis peritiori-
bus, explicandum committimus.

Guzman	vir bonus.
Velasco	lini mercatores.
Geuzas	id est compadres.
Mandocas	(fortis.
Manriquez	manus diues, siue
	B Manrie

DAMIANI

Manriques homo diues siue fortis.
 Munizes os maris.

Coutinhos
 Cardonas
 Mellos malus lupus:

Rolins
 Goyos Dei domus:

Limas
 Soufas

Noronhas noruegice uiri.
 Moncadas mons felis.

Goes Dei uiri.
 Betanquor curia Belgarum.

Lemos Id est, agni.
 Refendes Rheni sabulum.

Arellanos Alanorum ara.
 Varcias patres.

Britos pacifici.
 Bullhones Eberonum gentes.

Mascarenhas mosc Rhenici gentes.
 Sandes Sabulosi:

Cunhas
 Laynez

Bouedilla Supra Diliam.
 De ubertate & nobilitate Hispaniarum

diximus, modo ad eius potentiam uenimus.
 Habet

Dicit est finis
 Louaniam fecit.

HISPANIA:

Habet in primis Hispania quatuor
 decim regna, nempe,

Leonis.
 Castellæ antiquæ & nouæ

Aragonie.
 Portugallie.

Catalonie.
 Nauarrie.

Asturiarum.
 Granatæ.

Valentie.
 Toleti.

Gallitie.
 Algarbiorum.

Murtie.
 Cordubæ.

Quorum regnorum uestigia ut pro com-

perto habetur, magna sunt, nec enim sigillatim

quid ex unoquoque regno Regibus Hispaniæ

accrescat aucterè dicere, cum dubitè id eis gra-

tum futurum sit, an non. Sed hoc scito, Reges

istius Hispaniæ, que a nonnullis imperitis homi-

nibus satis temere sterilis nuncupatur, annue

ultra quinquages cetera milia ducatorum au-

reorum præter exactiones, inde accipere.

B ij De

DAMIANI

DE regnis diximus, modo ad clerū veniamus, In cuius reddituum computu Lucium Maringū Siculum sequemur, qui feliciter id quam Principum Hispaniæ proventus expli-
cunt.

Archiepiscopus Toletanus, Castellæ Cæcellarius, qui cum Archiepiscopo Bracharen-
si in Portugallia, de omnium Hispaniarum pri-
matu contendit, habet annue octoginta mil-
lia ducatorum aureorum

Archiepiscopus Hispalensis	20000
Archiepiscopus S. Iacobi	20000
Archiepiscopus Granaatenfis	10000

EPISCOPI.

Episcopus Burgenfis	20000
Episcopus Ciguntensis	20000
Episcopus Cunquefis	16000
Episcopus Placentinus	15000
Episcopus Palentinus, Comes Pernienfis	15000

Episcopus Iacensis	10000
Episcopus Segouitensis	10000
Episcopus Avillensis	8000
Episcopus Camorensis	8000
Episcopus Cordubensis	10000

Episco

HISPANIA.

Episcopus Oribensis	10000
Episcopus Leonensis	8000
Episcopus Calahorrensis	10000
Episcopus Salmanticensis	10000
Episcopus Badaioensis	6000
Episcopus Ouidensis	6000
Episcopus Cartagenensis	5000
Episcopus Asturgensis	4000
Episcopus Corientis	3000
Episcopus ciuitatis Rodrigensis	4000
Episcopus Malagensis	10000
Episcopus Calixensis	8500
Episcopus Guaditanus	3000
Episcopus Almeriensis	1500
Episcopus Mondondenfis	1500
Episcopus Tuentis	2000
Episcopus Lugensis	1500
Episcopus Orenensis	3000
Episcopus Canariensis	9000

Regnorum Aragoniæ, Valentiaë,
Cælloniæ, & Nauarraë.

Archiepiscopus Caragucensis	20000
Archiepiscopus Valentinus	15000
Archiepiscopus Tarragonensis	9000

Episco

DAMIANI

EPISCOPI

Episcopus Taraconensis	5000
Episcopus Huescensis	3000
Episcopus Segorbienſis atq; Albarrazi-	
nensis	3000
Episcopus Barchinonenſis	5000
Episcopus Leridenſis	5000
Episcopus Tortolenſis	3000
Episcopus Gironenſis	4000
Episcopus Vrgellenſis	7000
Episcopus Vigenſis	1500
Episcopus Eumienſis	1500
Episcopus Pamplonenſis	6000

Sunt & alij permulti Episcopi notarum pro-
uinciarum, Indiarũq; Occidentalium, nuper
inuentarum, ex collatione siue iure patronatus
quoque Regis Castellæ, quos hic non exprimo.

Regnorum Portugallie &
Algarbiorum.

Archiepiscopus Bracharẽs, qui propter
antiquitatem cum Toletano Archiepiscopo,
ad hunc diem usq; de primatu (ut uocant) to-
tius Hispaniæ disceptat, habet

Archiepiscopus Vlyssipponenſis	16000
Archiepiscopus Fundalenſis	9000

Episcopus

HISPANIA

EPISCOPI

Episcopus Eborenſis	20000
Episcopus Viscenſis	3000
Episcopus Guardenſis	5000
Episcopus Colimbrienſis	12000
Episcopus Portenſis	4000
Episcopus Lamecenſis	6000
Episcopus Sytuenſis	4000
Episcopus Cæptenſis	2000

Præter hos sunt adhuc alij Episcopi India-
rum Orientalium, Africæ & Aethiopiæ, & mul-
tarum insularum ex collatione Regis Portu-
gallicæ, quos hic prætereo.

Volui autem hic omnes episcopales ciuitates
Hispaniæ mihi saltem cognitæ, cum putem ad
huc plures esse, proprijs huius temporis nomi-
nibus ob maiorem cognitionem recensere.

Sciendum quoq; ois Hispaniæ cleripronen-
tus (Abbatibus excipio) Duplo maiores q̄ Epi-
scoporum esse. Adq; præter aliquot decimas &
primicias, quæ in multis locis Regibus atq; ma-
gnatibus, ex Põpõicum indultis colliguntur.

Ex quibus quidẽ redditibus iure oēs simi-
l tenetur unicuiq; ecclesiæ suam animarũ cura-
tum, ut aiunt, siue pastorem alere, qui ex pacto
& consuetudine, oia ecclesiæ sacra mēta populo
gratis

gratis, siue in templo, siue extra templum, siue in priuatis domibus administrat. Quod utinam in ceteris prouincijs fieret, ubi ita pastoratus uenturatur, ut pastores pro uitæ alimento, ac pensione soluenda, sacramentorū administrationem saepe inuici cogantur nundinari.

Est præterea innumera Abbatiorū & monasteriorum copia, quarum prouentus non solum cleri reditus æquant, sed etiam superant, inter quas sunt nonnullæ habentes decem, duodecim, quindecim millia ducatorū annuè, permultæ inter quatuor, & decem millia fluctuant, innumerae rursus ab hac summa declinant, ita tamen ut sine aliqua cōtrouersia qui se cultui diuino dedere, habeant in Hispania singulis annis, ultra quadragies centena millia ducatorum, præter id, quod Commendatarij, & eorum magistri possident, quæ summa etiam ingens est. Ex quo facile apparet, quam religio si semper fuerint Hispani, & quam dediti cultui diuino, cum tam liberaliter suas clemosinas Christi ecclesijs impartiti sint.

Habet ulterius Regnum Castellæ quatuor Magistros equitum (seu ut uocant) ordinum, qui magnos admodum habent reditus.

Quos

Quorum primus sancti Iacobi est.

Secundus Alcantaræ

Tertius Calatrauæ

Hæc tria officia dignitatum, temporibus Ferdinandi & Elizabeth catholicorum regum Castellæ, cum cōsensu Pontificis ad coronam regni deuoluta sunt.

Quartus est Magister equitum Rhodiensium, ordinis diuini Iohannis.

Ordo sancti Iacobi ornatur duobus commendatarijs primarijs, quorum unus dicitur commendatarius maior Castellæ, alter Leonensis.

Ordines Alcantaræ & Calatrauæ, habent singuli suum commendatarium maiorem & suum clauigerū, sub quibus maioribus commendatarijs ingens commendatariorum equitum est copia, habentium magnos redditus.

Aragonix, Valentix, & Castellonix regna unum habent equitum magistrum ordinis Montese, magnos quoque habent redditus.

Ordines Regnorum Portugallix, & Algarbiorum.

Primus est magister ordinis Christi, qui

C magi

magister ipse Rex est, cuius ministerij prouentus admodum magni sunt, inde, quod huic ordini omnes prouincie inuente, tam in Africa, quam in Asia, & Brisilia, cum omnibus insulis, atq; Orientales Indig annexae sint.

Secundus est ordinis sancti Iacobi.

Tertius ordinis, qui de Auis dicitur.

Habet quoq; hi ordines suos maiores Commendatarios & Clauigeros, sub quibus etiam est magna equitum Commendatariorum copia, magnos redditus possidentium.

Quartus est magister equitum Rhodiensium, ordinis sancti Ioannis, qui prior a Craeto dicitur, qui tres magistri magnos etiam redditus possident.

Magnatum Hispanie Index, & primum de Regno Castellae.

Omnium primus Comestabilis est, qui Dux Friensis, & Comes de Haro quoq; dicitur, & primus Regis cubicularius.

Archichalassius Castellae & Granatae, qui uulgo Amiralidus dicitur, Comes de Modica, Vicecomes de Bas, & dominus Medinae de Rio Sequo & Palencuelae.

Dux

Dux de Alba, Marchio de Coria, Comes de Saluatera.

Dux qui del infantazgo dicitur, Marchio de Sanctillana, Comes de Real, de Mancares, & de Saldanna.

Dux Medinae, Sidoniae, Comes de Niebla.

Dux qui de Bciar nuncupatur, Marchio de Banares, Comes de Gibarlion, Dominus de Borguillos, & Capillas, & Castellae praetor, uulgo Iusticia maior dicitur.

Dux Naxarae, Comes de Triuino, Dominus de Hamusco.

Dux Medinae caeli, Comes de Puerto.

Dux de Albuquerque, Comes de Ledesma.

Dux de Arcos, Dominus de Marchena.

Dux de Maqueda, Praepositus Granatensis.

Dux Escalonensis, Marchio de Villena, & de Moya, Comes Sancti Stephani.

Dux de Sella, & terrae nouae, Comes de Cambra.

MARCHIONES.

Marchio Asturgensis, Comes Trastamaraensis, & sanctarum Martharum.

Marchio de Aquilar, Comes de Castaneda.

C ij Mar

DAMIANI

Marchio de Zenete.
 Marchio de uilla Franca.
 Marchio de Pliego & de Feria.
 Marchio de Aiamonte, Comes de Benalcazar.
 Marchio de Tarifa, & Præpositus Vandaluzia.
 Marchio de Mondciar, Comes de Tendilla,
 Præfectus, & primus Dux Granatensis.
 Marchio Cornarentis Domicellorum præfectus,
 uulgo Alcade de los donzeles.
 Marchio de los Velez, præfes Murcepsis, uulgo
 Adelantado.
 Marchio de Barlanga.
 Marchio de Villa Noua.
 Marchio de Cogolludos.
 Marchio de Valle.

COMITES.

Comes de Benaunte, Dominus de Villalon,
 & Portillo.
 Comes de Vreina, dominus de Penna Fiel.
 Comes de Ofrono, Dominus de Galisteo.
 Comes de Paredes.
 Comes de Miranda.
 Comes Castrensis & Astudillienfis.

Comes

HISPANIA.

Comes de Monte Agudo.
 Comes de Corunna.
 Comes de Pliego.
 Comes de Aluadeliste, Dñs de Garrouillas.
 Comes de Alcaudete.
 Comes de Orgaz, Dominus de sancta Ollala.
 Comes de Cituentes, uexillifer Regis.
 Comes de Fuenfalida.
 Comes Salinarum.
 Comes de Ribadeu.
 Comes de Monte Regis.
 Comes de Luna.
 Comes de Lemos.
 Comes de Chinchon.
 Comes de Ribadauia, Præfes Gallitiæ.
 Comes de Aquilar.
 Comes de Syruela, Dominus de Roa.
 Comes de Nieua.
 Comes de Oropefa.
 Comes de Saluatera, Dominus de Hempudia.
 Comes de Onante.
 Comes de Buendia.
 Comes de Valentia.
 Comes de McDellin.
 Comes de Gelues.
 Comes de Punon rostro.

Comes

DAMIANI

Comes Sancti Stephani
Comes de Palma.
Vicecomes de Balduerna.
Vicecomes de Altamira.

Regnorum Aragoniæ, Navarraz, Valentiniæ, Castelloniæ magnates.

Comestabilis Nauarrensis, Comes de Lerin.
Dux de Luna.
Dux de Cardona, & Comes de Gallada.
Dux de Segorue, Comes de Ampurias
Dux Gandiæ.
Dux Villæ formosæ.

MARCHIONES.

Marchio de Denia.
Marchio de Helche;
Marchio de Falces;

COMITES:

Comes de Ribagorça.
Comes de Aranda.
Comes de Fuentes.

Comes

HISPANIA:

Comes de Sastago.
Comes de Belchit.
Comes de Oliua.
Comes de Cocentayna.
Comes de Albaida.
Comes de Almenara.

VICECOMITES.

Vicecomes de Ebol.
Vicecomes de Peralta.
Vicecomes de Bas, & Blanes.
Vicecomes de Gelua.

Portugalliæ magnates &
Algarbiorum.

Comestabilis, qui nunc est infans Lodouicus, Regis frater, ac præfectus regnorum confinium, qui vulgo Fronteiro maior dicitur, is enim magister quoque equitum Rhodiensium est.

Dux Brigantiæ.
Dux Colimbriensis.
Dux Visicensis.
Dux Barçelensis.

Marchiones

DAMIANI

MARCHIONES.

Marchio de uilla Real, Comes de Alcontin,
 Marchio de Torres nouas.
 Marchio de Ferreira, Comes de Tentugal.

COMITES.

Comes de Marialua, & de Loule, Regni præ-
 fectus.
 Comes de Penella, Regis rationum præpositus
 siue quæstor grarius, uulgo Veador da fa-
 zenda.
 Comes de Portalegre Regis œconomus.
 Comes de Feira.
 Comes de Monfancto.
 Comes de Faro.
 Comes de Abrahites.
 Comes de Vimmiolo, Regis rationum præfe-
 ctus, siue quæstor ararius.
 Comes de Villa noua.
 Comes de Linhares.
 Comes de Vidigeira nauarchus, uulgo maris
 Amiraldu.
 Comes de Sortellia.
 Comes de Castanheira Regis rationum præpo-
 situs siue quæstor ararius.

Comes

HISPANIA:

Comes de Prado.
 Comes de Redondo.
 Vicecomes de Lyma.
 Regni Archithalassus, uulgo terræ Admiral-
 dus.
 Baro ab Aluito, Regis rationum præpositus,
 siue quæstor ararius.
 Rector siue prætor omnium regnorum uulgo
 Regedor.

Hi Hispaniæ magnates mihi tantum co-
 gniti sunt, puto adhuc alios extra meam noti-
 ciam esse quos hic adiungat, quisquis eos me me-
 lius nouerit. Quorum proventus uirum non
 exprimo. Id enim curiosus lector apud Lucium
 Marinum Siculum requirat, qui rem non o-
 mnino infeliciter tērauit. Ego autē perspicuus
 eum quibusdam istorum Principum plus, alijs
 minus diuitiarum, quam possident, tribuere,
 & scies quam difficile sit alienas facultates ad
 unguem enumerare, uolui potius filere, quam
 rem non satis appensam euulgare. Id etiam ue-
 ritus ipsi principibus non satis placi-
 tum iri huius rei singularem propalationem.
 Inter quos autē (nomina sileo) aliquot sunt ut
 uerillimum est, centum, octoginta, septuagin-
 ta, sexagintaque millia ducatorum aureorum an-

D nuc pos

DAMIANT

nue possidētes. Non pauci quinquaginta, qua-
draginta, triginta. Multi uiginti, quindecim,
decemq;. Cæteri omnes hac summa inferiores,
ad minimum trium millium redditus habent;
Sic ut sine mendacio asserere quis possit, His-
paniæ magnatum annuus prouentus uigentes
centena millia ducatorum attingere, uel ultra.

Sunt præterea in Hispania non pauci no-
biles titulis, uel dignitatibus obscuri, decem,
quindecim millia ducatorum annue habētes,
estque aliorum ingens numerus, qui a millibus
ad decem millia ducatorum usque annue possi-
dent.

Sunt etiam Reguli, quos pastores Hispa-
ni uocant, triginta, quadraginta, millia ouium,
& magnam bouum, equorum, mulorumq;
multitudinem possidentes, quorum familiae am-
plissimæ sunt. Ex quo apparet non frustra di-
ctum in Hispania talentari pretio arietes ad-
missarios tui, asinos quoque admiffarios &
asinas ad foeturam xl. sestertijs.

Ornatur etiam Hispania maximo sancto-
rum numero, quorum Martyrum tantum in-
dicem hic scribere nobis non indignum uisum
est, cæteros propter prolixitatem omittimus.

Sanctus

HISPANIA:

Vincentius.
Laurentius.
Victor.
Fronto.
Isticius.
Apodonius.
Linxius.
Succellus.
Faustus.
Martianus.
Urbanus.
Publius.
Matutinus.
Cassianus.
Foelix.
Ianuarius.
Primitius.
Quintilianus.
Enotus.
Cecilianus.
Frontonius.
Optatus.
Seruandus.
Germanus.
Facundus.
Primitius

Sanctus

fratres,

Dñ

Sane

DAMIANI

Fcelix.
 Cericus.
 Anastasius.
 Faustus.
 Ianuarius.
 Martialis.
 Speratus.
 Natalius.
 Cerinius.
 Beturius.
 Fcelix.
 Aquilinus.
 Lactarius.
 Ianuarius.
 Florentius.
 Fructuosus.
 Augurius.
 Eulogius.
 Claudius.
 Lupercus.
 Victorius.
 Euthenius.
 Cleodonus.
 Eugenius primus Archiepiscopus Toletanus.
 Zoltus.

Sanctus

Sancta

HISPANIA

Eugratia.
 Leocadia.
 Eulalia.
 Christeta
 Sabina sorores S. Vincentij.
 Iulitta, mater S. CERICI.
 Digna.
 Generosa.
 Bessa.
 Donata.
 Secunda.
 Eurofia martyr & uirgo.
 Centolla.
 Helena.
 Nunilonia
 Alodia sorores.

Sancta

Hi omnes Christi martyres, ut ex eorum titis apparet, fuerunt. Est autem aliorum ingen copia, quam ne lectoribus tædio simus, præmittendam duximus.

Quibus uiris doctrina præclaris Hispania quoque fulget, accipe.

Fronto Præsul & Martyr.
 Fulgentius Præsul & Martyr.

Audena

DAMIANI

Audentius Præful.
 Ioannes Præful.
 Sanctus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis.
 Sanctus Leander Archiepiscopus Hispalensis.
 Colimpius Præful.
 Pacianus Barchinonenſis Episcopus.
 Paulinus Præful.
 Sanctus Victor Præful.
 Vilerius Præful.
 Antonius Præful.
 Sanctus Vincentius Martyr.
 Zoilus Martyr.
 Sanctus Dominicus Calaguritanus, ordinis
 prædicatorum autor.
 Matorianus uir præclare doctus.
 Auius presbyter.
 Sanctus Isefionſis Archiepiscopus Toletanus
 Sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletanus,
 cuius meminit Magister ſententiarum lib. 4.
 Sanctus Antonius Vlyſſipponenſis, qui Padua
 nus dicitur.
 Paulus Episcopus Burgenſis uir præclare do-
 ctus, & Iudeus natiõe, ſponteq; Christia-
 nus factus, ſcripſit non pauca Theologica
 nec indocta.
 Toſtatus Episcopus Ebulenſis, ſcripſit in no-
uam

HISPANIA

um, & uetus instrumentum.
 Rabbi Abenczra doctiſſimus Iudeus, ma-
 gnus Theologus.
 Rabbi Moyſes Iudeus Theologus & Medi-
 cus inſignis.
 Rabbi Dauid Chimhi, inſignis Theologus.
 Moyſes Cordubenſis Theologus Iudeus.
 Rabbi Camora Theologus.
 Hugo de Foſeto.
 Arnoldus de Villa noua, Raimūdi Luli præ-
 Raimundus Lulus. (ceptor.
 Aquilius Scuerus.
 Gualterus.
 Ioannes Toletanus.
 Iouentius Cardinalis.
 Vincentius Monachus.
 Duo fratres Coroncles, inſignes Theologi.
 Sepulueda Theologus inſignis.
 Franciſcus Ximemus, Cardinalis qui Acade-
 miam Complutenſem inſtituit.
 Sorion Philoſophus Peripateticus.
 Auicenna medicus præclarus & philoſophus.
 Auerois quoq; medicus & philoſophus.
 Rafis Almançor.
 Melalac medicus Astrologus.
 Habramus Astrologus.

Albama,

DAMIANI

- Albumazar Astrologus.
 Cacus Iudeus Lusitanus magnus Astrologus.
 Fortunius Gratianus iuriconsultus, cuius opera rara, sed absolute scripta extant.
 Alfonso Rex Castellæ, huius nominis decimus, Romanorum Imperator, magnus Astrologus.
 Henricus Infans Portugallie Mathematicus, insignis, qui primo nouas terras suo studio & industria reperit.
 Seneca magnus Orator, & Philosophus stoicus.
 Anneus Gallion Seneca, Senecæ frater.
 Lucius Anneus Seneca Tragicus, Annei Gallionis Senecæ filius, Senecæ magni nepos.
 Columella.
 Dexter.
 Theodosius Casariensis.
 Iulius Phiginius.
 Portius Lacro, Orator insignis.
 Lentus Cornelius, præfectus Cæsaris.
 Paulus Orosius.
 Quintilianus Orator insignis.
 Pomponius Mela.
 Iustinus historicus.

Lucius

HISPANIA,

- Lucius Latianus Orator.
 Seuerus.
 Silus Italicus. (cur.
 Henricus Marchio de Villena magnus magister
 Ioannes Ludouicus Viues Valentinus orator.
 Damascus Pontifex maximus, insignis poeta.
 Aurelius Prudentius Poeta.
 Iuuenius Poeta.
 Arator Poeta.
 Sedulius Poeta.
 M. Anneus Lucanus, L. Annei Mela filius, qui Mela frater Senecæ & Gallionis fuit.
 M. Valerius Martialis.
 Sexilius Hæna poeta.
 Ruffus Festus Anicius Poeta.
 Dec. Iunius Iuuenalis, oriundus ex Aquino Volcorum.
 Henricus Cajadus Poeta Lusitanus & Meneus, de quibus Erasmus in suo Ciceroniano meminit.
 Laurentius a Caceres Lusitanus, Poeta & uir non uulgariter eruditus.
 Ioannes de Mena poeta. (cur insignis:
 C. Iulius Higinus Augusti libertus Grammaticus
 Antonius Nebriffensis eximius Grammaticus & uariæ eruditionis uir, ut Erasmus in suo Ciceroniano testatur. E Hi

Hi omnes Hispani fuerunt, ex quo apparet nostrates non tam infeliciter discere, nec uerbo-
 sitate & simulatione sapientiam ostentare, uel tam multis nominibus & consuetudinibus barbari colere, quam Munsterus in suo nouo Ptolemaeo, ubi Hispanorum & Gallorum comparationem induxit, praedicat. puto cum cum Basileo profiteatur, Gallis, ad quos reliqua Basilea spectat, excepta tertia ferme parte, qua secundum Rhenum Germaniae adhaeret, potius quam Hispanis ablatum uoluisse. quam obrem ut doceat ita esse, quod dicit, opus est, ut nobis de promat uel unum Senecam, Quintilianum, Portium Latronem, Auficennam, Lucanum, Prudentium, Iustinum, Columellam, Orosium, Melam, Silium, Martialem, Iuuenalem, & alios istis similis. & tum damnet Hispanicam indolem, eamque Gallicis, & Germanicis ingenij postponat. quod si nec Germani, nec Galli istos, quos supra recitauimus, uiros adaequent Eras-
 mum & Budaeum excipio, quid est, quod consuetum nostrae genti de stupore faciat? Fateor aliud seculum, alio florētius, nec nunc esse laudem eam eruditionis quae olim Hispaniae fuit, non tamen Bruta est illa terra, quae talia ingenij produxit, nec quia aliquādiu talia non produxit

dūxit, in omne suū effeta habenda est. Quod si nunc non tot chartas oblinūt Hispani, quot nonnulli faciunt, nec edendis alienis libris plagiū committunt, nihilo deteriores illis, qui se furtis librorum uenditant, existimādi sunt. Edunt fortasse Hispani pauca, sed edunt sua, nec falsarij hac in parte, nec fures. estque nobis ista modesta scribendi ratio cum Italis cois. Non incesso ullam gentem, quorundam uicia tantum attingo, & qui de uitijs suis, genti suae gloriam, alijs nationibus probrium concinnāt. Habuit hac tempestate Gallia Budaeum & Fabrum Stapulensem, & alios uiros doctos, sed habuit. Cōuixerunt etiā istis nonnulli Hispani illorū eruditione non plane inferiores, quorū nomina cum cognita sint, praetereo. Habuit quoque Germania Erasmodum, sed habuit, habuit Longolium, ambos Bathauos, quam prouinciam nonnulli nec in Germania nec in Gallia constituant. Sed sit Germaniae, uel Galliae, fuerunt isti uiri ornamenta incomparabilia suarum gentium, sed fuerunt, ita nobis quoque Quintilianus, Seneca, alique innumeri fuerunt. Praeterea temporis est, quod utrobique proglossaria iactatur, nisi nobis allegēt Philippum Melancthonem, columnam Germaniae. Fateor cum

E h hoc

*Longolius ut ex
 quidam epistola
 Erasmi ad hunc
 nostrum Damianum
 a Goer ap-
 paret, pueri, pu-
 erus Hollidus est
 Schomae nas-
 us.*

hoc tempore cum illis antiquis Hispanis in ha-
renam descendere potuissent, si se Theologie, ac
fidei negocijs nõ implicuissent. quibus dum in-
cumbit, contabescunt studia illa, ob quæ nõ
stro quo inclaruit. Nec defuissent Hispani ab
hinc annis plus mille præclara illa ingenia, quæ
semper enutrire solita fuit illa puincia, si a Go-
this, Alanis, Saraacenisq; incultis hominibus,
ab omniq; genere disciplinarum abhorrenti-
bus, non fuisset tam diu occupata. nunc uero
hac barbarie utcuq; expulsa, non dubitet
Munsterus, quin Hispani post hac, ad laudem
eruditionis non legni gressu sint progressuri:

Strenui Duces, quibus Hispania
quoque ornatur.

Veriatus Lusitanorum dux, cuius facino-
ra, Romanorum historiae late prædicant.

Rex Pelaius, qui ob uitæ sanctitatē Dei mi-
les uocabatur, is enim Hispaniã Cantabricam
a Maurorum incursionibus immunem fecit,
eisque ex regno Leonis, ciuitate accepta, expulsi

Rodericus Diaz de Buiar cognomento
Cid, qui bonam partem Hispaniarum ex tyran-
nide Maurorum liberauit, cuius nomen inter
Mau

Mauros terribile, & magnæ uenerationis fuit.

Ferdinandus Gonçaluez, Comes Castel-
læ, eius quæ nunc regnum est, & antiqua Cas-
tella uocatur, in cuius historia late patet, quan-
tæ uirtutis uir fuerit.

Alfonfus primus Rex Lusitanie, qui ex
toto ferme regno Mauros expulsi.

Ioannes huius nominis primus, Rex Lu-
sitanie, qui cum inops & abiectus esset, pro-
pria arte & uirtute, Castellanis, maioreq; par-
te Lusitanorum etiã reluctante, totum regnum
sibi uindicauit.

Comes Nonius Aluarez Pereira Lusita-
nus, qui Regis istius temporibus uixit, cu-
ius insignia gesta historie nostre late prædicat,
uir sane magnanimus, & supra hominũ uires
in bello strenuus, ex quo duces Brigantie ori-
ginem suam ducunt.

Goncallus Ferdinãdus Cordubensis, qui re-
gnum Neapolitanum nostris temporibus edo-
muit, idq; sub imperiũ Hispaniarum redegit.

Eduardus Pachecus uir Lusitanus, qui
aduersus Regis Calcutij potentiam prolixum
cruentumq; bellum sustinuit, in quo diuersas,
& incredibiles uictorias obtinens, ipsum Re-
gem fuga salutem petere coegit.

D. Fran

DAMIANI

D. Frācisus ab Almeida Lusitanus, qui ingenti classe Babylonie Sultani, atq; multorum Indię orientalis Regū deuicta, Turcas ex ipsa India expulit, cuius Ludouicus Ro. in suo itineraio amplam facit mentionem.

Alfonfus de Albuquerque Lusitanus, qui ferme totam Orientalem Indiā sub imperium nostrum reduxit.

Ferdinandus Cortesius, Marchio de Valle, qui in Indijs occidentalibus magnam Temyssitam ciuitatem & regnum, non sine incredibili admiratione Regno Castellę edomuit.

Franciscus Piçarrus, qui in ipsis Indijs occidentalibus Imperatorem Atabalipam deuicit, & supplicio tradidit. eiusq; ditiones atq; aliorum principum, sub Castellę imperium redegit.

Antonius a Sylueira Lusitanus, qui postremò apud Diu Turcas ex India orientali iterum profligauit, & magnum Cambaie regnum Lusitanis subiecit.

Habuit, & habet Hispania alios præclaros Duces, quos prætermitto, & hos tantum, qui uirtute cum Cæsare & Alexandro certare possint, pono.

Hispanię

HISPANIÆ

HISPANIÆ

Imperatores.

Traianus.

Adrianus.

Theodosius Magnus.

Alfonfus huius nominis decimus, Rex Castellę. & alij quos omitto.

PONTIFICES

Hispani.

Damasus historicus scriptor, & poeta.

Ioannes XXI. medicus insignis, Lusitanus.

Benedictus XIII. doctissimus uir.

Calixtus Iij. iuris prudentię peritissimus.

Alexander Sextus.

Vernacula, quę nostra tempestate, ex Hispania in Galliam, & alias prouincias adferuntur, hæc sunt, nec scitu indigna, præter nō pauca, quę cum in ipsa prouincia his temporibus absumantur, utputa frumentum, argentum, cuprum, plumbum, glastum, rubia tinctorum

Go

DAMIANI

spitum, & multa alia, uel quod magni momenti non sint, in ipso catalogo referre uolumus.

Uehuntur nauigio Brugas ciuitatem Gallicæ Belgicæ singulis annis quadraginta millia lanæ sarcinarum, quas faquas uocant, quarum unaquæq; ut minimum precium uiginti ducatorum aureorum uel æquat, uel superat.

In Italiam quoque ac in alias Gallicæ ciuitates, uiginti ferme millia sarcinarum uehuntur, quarum quæ in Italia consumuntur, quod selectoris lanæ sint, quadraginta, quinquaginta ducatis aureis singulæ uenduntur.

Sericum, & panni serici, quæ tam in Galliam, quam in Italiam, Angliam, aliasq; provincias uehuntur, precio innumerabili constant.

Deferuntur etiam ut summam dicam, ex Hispania in Galliam Belgicæ, & alias provincias uina multorum generum,

Oleum

Saccarum,

Cera.

Mel.

Oriza.

Crocum:

Vinæ passæ.

Ficus

HISPANIA.

Ficus passæ

Sal

Alumen

Murex, siue purpura

Coccum

Smegma, siue sapo

Mala medica, siue atrea:

Mala Citria

Mala Gramata, siue punica.

Cydonites, siue (ut barbare di-

citur) codignatum

Oliuæ conditæ

Limones

Capparæ

Pruna passæ

Amygdala

Pinci

Castaneæ

Glycyrrhiza

Anisum

Caruis

Anethum

Cuminum

Corianon siue Coriandrum

Thynni saliti

Balenæ salitæ, atque earundem

F

oleum

DAMIANI

oleum.

Suberum codex.

Gallæ.

Bacca laurina.

Hyacinthi.

Gagates.

Hæspis. Alabastrum.

Corallum.

Coria hirci na.

Spartum.

Pelles multorum animalium,
ad uestes suffulciendas.

Aurum.

Ferrum.

Calybs.

Stannum.

Minium.

Argentum uiuum.

Fructus quoque diversorum gene-
rum, saccharo conditi.

Ex hoc charissime Nanni, uidere est His-
paniæ fertilitatem, quam hæc uerbis Mun-
sterus ad Galliæ comparationem ita describit,
qua in re facit, ut suspecti iudices inuidia, uel
muneribus, uel odio obsecrati, soliti facere sunt
qui uerâ cum intelligant, falsa tamen pronun-
tiant

HISPANIA.

ciant, dum inquit in suo Prolemæo, ut eius uer-
ba referam, Mercatores ex Hispania, in Gal-
liâ deferunt sericum, & omnis generis pannos,
lanas, crocum, saccharum, orizâ, oleum, alumē,
grana tinctorum, &c. Ex galliâ in Hispaniam,
frumentum, lineas telas, filum, passel, libros,
& minutiora alia mercimonia plurima, ut gla-
dios, specula, acus. Concedamus Galliam mit-
tere frumentum, (quanquã id raro contingat)
cum potius id Germaniæ orientali debeat,
cuius frumentū nauibus Bathauorum ad lito-
ralem Hispaniâ, eamque oceano attiguam subue-
hitur, hi enim in uentura annona ab hinc annis
XXV. plus minus uisi sunt. Ad mediterra-
nea Hispaniæ exoticum frumentum non per-
uenit, certe pro singulis ualeis ex Gallia, sin-
gula Holcades frumento onustæ ex Hollan-
dia appulerunt. Tamen demus hoc Munste-
ro, ut uera sint, quæ dicit, quid an nõ ex ipsius
uerbis apparet, Hispaniam Galliæ plus im-
pertire, quam Galliâ Hispaniæ? Miror autem,
cur dum agrorum fertilitatem utriusque prouin-
ciæ, inter se cõfert, asseuerat Hispaniam, uini,
frumeti, & carnum copiam a Gallia uinci. Vbi
(ut de hac Galliæ ubertate disceptemus) audis-
sum est, aut uisum, ex Gallia, in Hispaniam

F. n. uinum

vinum deportatum esse: nisi forte ad confinia Cantabrig, & id raro, quippe cum ij magis amplectuntur Hispanicum, etiam dilutum, quam Gallicum metum. Prodeat nunc Gallia Belgica, ac Anglia simul cum Noruegia, Dacia, Suetia, Moschouia, Russia, Liuania, Lituania, Prussia, ac tota orientalis Germania, nec non Hollandia, & testentur quid vini Hispanici in ipsarum finibus absumatur. Deinde si iam ex Gallia, in Hispaniam frumentum, ut uult Munsterus, inuehitur, id nō ex natua malignitate soli, sed ex aspectu, ut aiunt, astrorum accidit, quæ hostiliter ab anno M. D. XVI ad hunc usq; diem, morbis, cædibus, calamitatibus, prouinciâ afflaxerunt, alioqui fertilis est Hispania, ut testatur antiqui scriptores reliquerunt. Et ubi hæc saeuities syderum mitigata fuerit, petent a nobis Galli frumentum, ut antea soliti fuerunt facere. Hoc credo ignorasse Münsterum, Gallos a nostris crebrius, quam nos ab ipsis olim frumentū expetisse. Nec hoc tempore peregrino frumento indigeremus, si omnes (ut in Gallia, & alijs prouincijs fit) Hispaniæ partes quæ coli possunt, colerentur, cuius enim ubertas tanta est, uti maiori anni circulo mediastini atq; plebei homines, ex syluestribus

bus fructibus, melle, herbisque laute uictitare possint, quæ res eos parum ad agri culturam propensos efficit. Accedunt ad hoc nouæ orientaliū, occidentaliūq; Indiarum navigationes, continuum quoq; bellum Africanum, atque Italicum, quæ nostri magis amplectuntur, quam aratri labores, unde euenit non solum apud nos agri culturam negligi, sed etiam metalla, quorum uenis adhuc Hispania abundantissime ornatur, ex uisceribus terræ non effodi. Cætera, quæ Galliæ sunt, ueluti linæ telæ, filū, glastum, facile iudicabis an ea tāti sint, ut cum Hispanicis frugibus conferri possent, quanquā maior pars telarū & fili canabacei, quæ in Hispaniam apportantur, Bathoniæ solum producat. Quod ad carnes autem spectat, uerus ipsa ueritate est, non tantum in Galliam ex Hispania boues, sed magna quoq; mulorum copiam educi, equos etiam, sed furtim, ob Regum edicta. Reliqua autem, quæ sequuntur, sustilia sunt, indignaq; tanta comparatione. Nec hoc contentus Münsterus, stomachum in Hispanos euomuit, credo re uera, eū nonnūquam ab aliquo Hispanorum iniuria aliqua lacessitum fuisse, cum sic in eos uerbis debacchetur. Ait enim, frugalis uitæ Hispani, sicut & Itali

(etiam)

(etiam Italos noluit immunes a suo temerario iudicio) nec tantum cibi & potus, ut Galli, & Germani absumentes, nisi sint inuitati, nā tunc se ad saturitatem explent edulsi, quia rara eis & maiore auaritate accidunt conuiuia. Elegis scomma, & dignum quod topographis prouinciarum inferatur, quasi Belgarum, & Germanorum conuiuia splendida plene, & opipera sint habenda, satis ibi ciborum & potus, sed externi homines non de copia conuocari solent, sed de lautitia & elegantia. Sed sinamus unum quemque patrio more uiuere, atrum panem, stipulis, surfuribusque una pistis commistum, scetidam cereuisiam, & aquam, carnesque salitas, ter quaterque recoctas, assasque libi, suisque familiaribus administrare. Quod si de numero conuiuiorum disputandum est, uincunt Germani & Galli. Si de magnificentia, splendore, lautitia, elegantia, multis modis Galli & Germani ab Italis & Hispanis uincuntur. Ceterum laudes conuiuiorum si quae sunt, non ab Hispanis Hispanis, nec a Germanis Germanis uindicandae sunt. sed id iudicium exteris hominibus committendum est, ex istis certe & finis conuiuiorum honestior in Italis & Hispanis, quam Germani et Galli eo animo con-

uiuia

uiuia aggrediantur, ut uino se adimpleant, refarciantque, quo seruente animus, sensus, iudicium, ratio, reuerentia, grauitas, sedulitas, prudentia, & alia multa amittuntur, iniurię, caedes, luxus, stupra, secretae locutiones, consiliorum principum, amicorumque effusiones, uulnera, plagae, insidiae, proditioes, aliaque infinita perpetrantur. Itali & Hispani contra, sic ad conuiuia se ornant, uti bene saturi, & cibis referti, a mensa discedant. Hic tamen corporis salus repletionem grauetur, animus tamen & ratio, ut accidit in ebrijs, minime leditur. ita fit ut qui uinum intemperanter ingurgitant, animum, conscientiam, corpus, honorem, uita laebeat. Qui autem cibi uoraces sunt, corporis tantum saluti noxi sunt. Istis perpensis iudicet aequus estimator, penes quos laus istius rei consistere debeat. Nec mihi ideo ista dicta sunt, quod magni esse momenti putem hac in parte, uel nunci, uel uincere, sed quod ferre non potui, Hispanos tanquam famelicos & coenepetas, nunquam nisi de alieno saturos a Munstero describi. Neque mea dicta a Munstero accipi uolo, ueluti recriminationem, sed admonitionem, ut cautius posthac & sincerius in suis scriptis agatur.

uirum enim cum bonum scio, & aliquo usu sa-
 militatis mihi cognitum habeo. Nec præte-
 reundū puto id, quod deinceps idem dicit, cum
 re non intellecta, multorum etiam sit opinio,
 quod duriter & inciuiliter apud Hispanos ad-
 uenæ excipiuntur, adeo, ut itinere defessi, cibum
 sibi uicatim querere cogantur. Res sic se habet:
 Olim pandochei Hispaniæ, ad quos uiatores
 tam peregrini, quam incolæ diuertere solebāt,
 fures atq; latrones erant, sicut Germaniæ, Gal-
 liæ, aliarumq; prouinciarum hodierna die non
 pauci sunt, quales si non essent, non tam subito
 in immensum ditescerent. Hæc perpendentes
 catholici Ferdinandus & Elizabeth Castellæ,
 & Aragoniæ Reges, lege sanxerūt, sub magna
 mulcta, ne quis cauponum, pandocheorumq;
 quicquam præter domesticum seruitium, & ci-
 bi coquendi operam aduenientibus præberet.
 Pro equis autem, hordeum, auenam, scænum,
 stramen tantum uenderet, quarum rerum pre-
 cium, publica æstimatione ipsi sorsibus diuer-
 siorum inscriptum est, ita ut barbarissimus,
 & simplex homo cuiuscūq; nationis, facile in-
 telligat, quid pro domestico seruitio, quid pro
 equorum alimento, sine aliqua licitatione ho-
 spiti dandum sit. Hospes præterea tenetur cum
 adue

aduena in forum, & ad propolas procedere,
 uel aliquem ex suis eo mittere, cuius opera ut-
 tur externus in eduliorum emptione, quæ em-
 pta in diuersorio parantur, paratq; ipsis, stra-
 ta mensa apponuntur. sic fit ut discedente ad-
 uena nihil risarum ornatur, nihil ei auferatur,
 nihil extorqueatur, cū ipsemet cibos sibi emat,
 sibiq; ex tabulis diuersorio affixis constet, quid
 hospiti annumerandum sit. Hæc autem in ci-
 uitatibus, & oppidis tantum fiunt, in pagis
 & uillis, ubi propolæ defunt, licet pandocheis
 edulia uendere pro arbitrio, cetera ex tabula-
 rum tellera indicantur. Hæc immanitas non
 tam fera uidetur, quā a Munstero depingi-
 tur. Deinde si ad humanitatem Italicorum His-
 panorumque respicias, hæc inuenies cum ad eo-
 rum ciuitates ueneris. Amicitia contracta, of-
 ficium suum unusquisque gratis offerret, quic-
 quid dignum usu sit, ostendet. circumspēctis,
 uisq; omnibus, te ipsi in hospitium eum de-
 ducunt. At si quenquam illorum, dum gratas
 esse cupis, in prandio, uel in cæna retinere uo-
 laeris, uix ad eis illud impetrabis, id præca-
 uentibus ipsis, ne homini peregrino, & sum-
 ptui, & molestiæ sine tandem ex uiginti, si tot
 comites habueris, uix unum aut alterum retinē-
 rebis

nebis, nec id efficias, donec clare intelligant ea animo, & non fide eos tibi conuiuas uelle.

Galli contra, & Germani, ut uerum est, & experti sumus, humanissimi in peregrinos sūt, quicquid uilendum in suis ciuitatibus habent, ostendunt, omneque officii benigne exhibent. Sed peractis spectaculis, ubi diuersorum reptis, siue frigide, siue ardentem ipsos inuitas, faciles eos habes, nec opus est magna contentione precum, idque laudo, est enim illud ingenue cuiusdam & candidæ simplicitatis, nihil fictū existimare in uerbis inuitatoris. sed sunt nonnulli improbiore, qui se ultro tuæ mensæ ingerunt, idq; magno numero, quos antea nec noueras, nec uideras, itq; non quia amici sunt, sed se amicos aliquando futuros sperant, pro Pythagorica lege omnia futurorum amicorum cōmunia credunt, homines me hercle non male ad uentrem philosphantes. Postremo in Italia, Hispaniaque, dum templa arces, armentaria, ædificia, huiusque generis alia inspexeris, uel a domo amici alicuius tui, apud quem hospitaberis, discesseris, si custodibus, uel operarijs, aut amici famulis, aliquam grauitam pecuniolam dare coneris, efficias pro amico, ut inimicus abeas. Tanta est eorum

magnanimitas, ut peregrinis hominibus, gratis officium suum exhibere contendant.

Et si aliquando talia munera istis accipere contingat, id ui coacti, & omnino reluctantes faciunt.

At Germaniæ, Galliaue famuli, arcium, armentariorum, templorumque custodes multo contra, nulla humanitate, nec decore seruato, non tantum non recusant, quod facere non nouerunt, sed antea quam offeras, præbent ipsi manus, sicut qui sub arce præfecto meretur, ianitor, custos, pincerna, pistor, lotrix, cocus, omnes demum quotquot sunt, prædam inter se, antequam des, calculis diuidant. Parique modo in familijs amicorum sit, a quibus enim amicis antea quam discedas, omnes famuli inter se computatione, lucrum aduentantis liberalitatis diuidunt. quæ res ita increbuit, ut pro dedecore iam non habeatur. Ad istum modum humanitate, urbanitateque hæ nationes differunt. Nunc iudicet Munsterus, & serat ipse sententiam, & dum mores gentium scribere conatur, edat ea tantum, quæ ipse uiderit, & certissima habuerit. Mutatur quotidie ciuitates, oppida, mores, uiuendiq; hominum rationes, nec iam Germania

Galliaque tales, quales nobis a Cæsare depinguntur, nec tam barbaræ sunt, quod idem æstimare licet de cæteris nationibus. Quid enim hoc tempore minus uerum, quod olim uerissimum fuit, mercaturam Germanos ob ferocitatem non exercere, cum hoc tempore nullibi magis Mercurius colatur. Aut eis Solem, Vulcanum, & Lunam deos ascribere, eisdem que ad annum uigesimalum usque pubertatem inuiolatam esse. Nonne si quis id dicat, uaniora dixerit, quam si quis etiam num Druides adhuc apud Gallos sacrificia administrare, eosque pro uictimis uel alios homines, uel seipos immolare, aut Lusitanos lincis thoracibus in bello uti, aut ex intestinis captiuorum hominum, futura prædicere, uel hordeaceum uinum bibere, & pro oleo butyrum in conuiuijs consanguineorum usurpare. cum hæc omnia iam euauerint, & alia uiuendi ratio introducta sit. Demum si Munsterus nos uos nostri temporis hominum mores describere uelit, inuasit prouincias ut ipsi fecimus, ac tunc ea que experientia uiderit, scribat. quod si fecisset, non oleo carere Baleares dixisset, non Hispaniam sterilem, non eius incolas immanes, atque in discendo rudes, non Nerium

promontorium Celticum uocasset, & in Algarbe, cū in Galitia sit, pronunciaisset, nec multa alia uana que prætermitto, suo Ptolemæo inseruisset. De his satis, ne uideat incandescere, aut minutias rerum non satis minute tractare. Tamen sciât Munsterus hæc ipsam Hispaniã, de qua nunc loquimur, eandem esse, quam ex omnibus prouincijs Cæsar ab initio quaesturæ suæ, semper chariorem & electiorem habuit, in qua nullo tempore, ob hominum magnanimi tatem, & militaris disciplinæ industriam, Romani deserunt legiones habere, teste Hirco. Quam etiam Vespasianus tanti fecit, ut ei ius Latij tribuere non formidauerit. Hæc numero deuicta a Romanis, ut Cicero de responsis Auspicium asserit, nunquam fuit, Sed pietate, & religione, quam Romani tunc temporis sibi soli tribuebant. Huic ut cederet terra Cretensis, Iouis incunabulis elata, Plinius Iunior in suo panegyrico uoluit. cuius inter alia, hæc uerba sunt. Adde tot egregias ciuitates, adde culta incultaque omnia, uel fructibus plena, uel gregibus, adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas poetarum, auribus mulcendis repertas, aliquam nonnullis gentibus attribuisse miracula.

que dū sint uera, sint singula, nec iam excusio
 ueritatem, sint ut scribitur Gargara prouentu
 læta tritici, Meuania memoretur armento, Cā
 pania censeatur monte Gargano, Lydia præ
 dicitur amne pactolo, dū Hispaniæ uni quid
 quid laudatur assurgat. Hæc durissimos mili
 tes, hæc expertissimos duces, hæc facidissimos
 oratores, hæc clarissimos uates parit, hæc iudi
 cum mater, hæc principum est, hæc Traianum
 illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio.
 Huic te debet imperium, cedat his terris terra
 Cretensis, parui Iouis gloriata cunabulis. De
 hac etiam maxima ductus admiratione Bu
 deus lib. 4. de Asse, cum multorum antiquo
 rum autoritates in mediū attulisset, ista loqui
 tur, Ingentia sunt hæc testimonia de opulencia
 Hispaniæ. Vterius ait. Multa adnotauimus,
 que fide caritura sunt, ut opinor, præsertim a
 pud eos, qui omnia & præterita, & futura præ
 sentis temporis modulis metiuntur. Infinita
 enim sunt, que hic de laudibus Hispaniæ scri
 bere potuissim, nisi timerem lectori molestam
 fore lectiois prolixitatē. Quod si quis latius
 intelligere cupierit, legat id quod Polidonium
 Polybius, Strabo, Trogus Pompeius, Iusti
 nus, Solinus, uterque Plinius, Pomponius Me
 la

la, Stephanus de Urbibus, Philostratus, Dio
 dorus Siculus, Martianus Capella, Cælius de
 antiquitatibus, atque Budæus testatū de Hispa
 nia reliquerunt, apud quos & alios nonnullos
 tales ipsius Hispaniæ laudes reperiet, ut facile
 iudicaturus sit nos de hac re plura ueraque dice
 re potuisse, quod & fecissemus, nisi obiectiones
 nimij in patriæ amoris, a maleuolis & infectis
 hominibus timuissemus.

Aduentitia, que ex Asia, Africa, nouaque
 terra in Hispaniam aduehuntur,
 ac inde per totam Europam.

Primum in Castellam.

Ex nouis, uel occidentalibus Indijs Hi
 spalim magna uis auri deportatur.

Argentum.

Aurea uasa & argentea mira dexteri
 tate operata.

Vniones.

Margaritæ.

Smaragdi.

Cyanos, uulgo Turquing

Casia.

Guaiacum lignum.

Dacty

que dū sint uera, sint singula, nec iam excusio
 ueritatem, sint ut scribitur Gargara prouentu
 læta tritici, Meuania memoretur armento, Cā
 pania censeatur monte Gargano, Lydia præ
 dicitur amne pactolo, dū Hispaniæ uni quid
 quid laudatur assurgat. Hæc durissimos mili
 tes, hæc expertissimos duces, hæc facidissimos
 oratores, hæc clarissimos uates parit, hæc iudi
 cum mater, hæc principum est, hæc Traianum
 illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio.
 Huic te debet imperium, cedat his terris terra
 Cretensis, parui Iouis gloriata cunabulis. De
 hac etiam maxima ductus admiratione Bu
 deus lib. 4. de Asse, cum multorum antiquo
 rum autoritates in mediū attulisset, ista loqui
 tur, Ingentia sunt hæc testimonia de opulencia
 Hispaniæ. Vterius ait. Multa adnotauimus,
 que fide caritura sunt, ut opinor, præsertim a
 pud eos, qui omnia & præterita, & futura præ
 sentis temporis modulis metiuntur. Infinita
 enim sunt, que hic de laudibus Hispaniæ scri
 bere potuissim, nisi timerem lectori molestam
 fore lectiois prolixitatē. Quod si quis latius
 intelligere cupierit, legat id quod Polidonium
 Polybius, Strabo, Trogius Pompeius, Iusti
 nus, Solinus, uterque Plinius, Pomponius Me
 la

la, Stephanus de Urbibus, Philostratus, Dio
 dorus Siculus, Martianus Capella, Cælius de
 antiquitatibus, atque Budæus testatū de Hispa
 nia reliquerunt, apud quos & alios nonnullos
 tales ipsius Hispaniæ laudes reperiet, ut facile
 iudicaturus sit nos de hac re plura ueraque dice
 re potuisse, quod & fecissemus, nisi obiectiones
 nimij in patriæ amoris, a maleuolis & infectis
 hominibus timuissemus.

Aduentitia, que ex Asia, Africa, nouaque
 terra in Hispaniam aduehuntur,
 ac inde per totam Europam.

Primum in Castellam.

Ex nouis, uel occidentalibus Indijs Hi
 spalim magna uis auri deportatur.

Argentum.

Aurea uasa & argentea mira dexteri
 tate operata.

Vniones.

Margaritæ.

Smaragdi.

Cyanos, uulgo Turquing

Casia.

Guaiacum lignum.

Dacty

DAMIANI

Dactyli.

Indidem ex insulis Canarie, faccarum, coria
 bubula, & hircina, psitaci, atque uestes pennis
 auium miro artificio contextæ, & alia admira-
 tione digna.

Aduectitia quæ ex Asia, Africa, & Bri-
 silia in Portugalliam aduehuntur,
 ac inde per totam Europam.

Singulis annis ex Nigritarum regnis de-
 ducuntur Vlyssiponem x. xij. milia manci-
 piorum, præter alia ex Mauritania, India, Bri-
 siliaq; aduectia, quæ singula passim decem, xx.
 xl. l. auris ducatis uenduntur.

Præterea ex Nigritarum prouincia appor-
 tatur magna auri copia,
 Gosipium.

Ebur, ex eodemq; uasa non ineleganter excu-
 pra, atq; imagines.

Hebanum.

Mala Getulica, uulgo paradisi grana, seu mala
 geta.

Coria bouum, hircorumq;.

Panni mira arte ex palmarum folijs contexti,
 necnon ex Gosipio.

Piper

HISPANIA:

Piper longum.

Oriza.

Zibelli (ut uocant) mulsionis uel feles.

Dactyli palmarum.

Ex Brisilia, lignum quod Brasil uocatur, & ue-
 stes auium pennis contextæ, ac lecti penfiles,
 ex Gosipio, instar retium connodati, & sacca-
 rum optimum.

Ex India Orientali, & Cathaio.

Piperis annue tricies, quadragiesq; cente
 na milia pondo, cuius centum librae uendun-
 tur Vlyssipone xxiiiij. ducatis, supra quartam
 durati partē, quæ summa minimum est, duode-
 cim, aut tredecim, aut quatuordecim centum
 millium aureorum ducatorum.

Zingiber.

Mutata miristica, atq; eorum flores.

Cynamomum.

Gariophyllon.

Reubarbarum.

Mirahulani omnium generum.

Casia.

Dactyli Indici, siue Tamarindi, & omnia aro-
 matum genera.

Crocum

DAMIANI

Crocum Indicum.
 Lignum aloes.
 Sandali rubri, & albi.
 Lacha.
 Hebanum.
 Item gemmarum omnium generum preciosissimæ.
 Vniones.
 Vasa aurea & argentea, mira industria facta.
 Panni serici, & aurei.
 Tela Gossiping.
 Sericum.
 Styrax siue styrace, storax uulgo.
 Lascerpitium uulgo Belzot.
 Ambar, gris ut uocant.
 Muschus.
 Nuces Indice.

Scutellæ mira arte ex calce cõcharũ factæ, quas porcellanas uocant, quarũ nonnullæ precio I. & lx. & c. ducatorum uenduntur, & alia infirmita apponuntur, quæ ob prolixitatem omitto.

Elephantes quoque quinque uel sex tempore Felicis Regis Emanuelis inde allati sunt, quorum dum puer ipseus prudentissimæ Regis ab intimis cubiculis esset, tres simul uidi, atque

Rhino

HISPANIA:

Rhinocerotem unum, qui omnes regem ipsum equitantes præcedebant. Certamini etiam unius istorum elephantum cum Rhinocero, interfui, spectaculũ sane admiratione dignum, in quo elephas succubuit. Quem ludum Rex Vlyssipponæ præbuit Anno (si bene memini) M. D. xv. v. d. xvi.

Ex Insulis Madeira Hesperidum Sancti Thomæ, principis, atque alijs magna faccarum copia. Glastum quoque, & gossipium ac frumentum ex his insulis uehitur.

Ex Brãilia, ac Nigritarum prouincia psittacorum, cœropethicorũ, simiarum, aliorumque miraculorum, ingens turba apportatur.

Hæc sunt quæ de fertilitate, opibus, nobilitateque Hispaniæ, a me Nanni doctissimæ scire petiisti, quæ te uolente, iubenteque, ea lege scripti sunt, ut omnibus ius faceremus castigandi, mutandi, augendi, quod mirifice exoptamus, haud ignari plurima esse a nobis omisã, quibus Hispania ornatur, & celebrari possit. Tu interim uiue, & uale, bonique consule. Leuanij xii. Cal. Decembris, Anno M. D. xli.

ERRATA.

A facie 2. linea 5. pro antiquæ. lege antiquæ.

C facie 4. l. 1. 2. 3. pro Ostrono lege Ostron.

Bidon facie 4. post Marchionem de Falces scribe etiam Marchionem de Lombay.

D facie 2. l. 1. 2. 3. pro Julio Phlegino, scribe Iulium Higiniom.

E facie 2. l. 1. 2. 3. Pro uoluntus, scribe uoluntus.

